vanae insidiatus est ~~vitae meae~~ [mihi], ut me perderet,
vel corporaliter, vel spiritualiter, per reges principes,
tu hactenus mirabiliter conservasti me. Conser
va adhuc si est voluntas tua.

Interim interrogat an venerit D. Au
gustinus medicus, qui non multo post venit,
calefactos pulvinos, et alia fomenta, admovens
et consolans eum, ne se contristet. Inter haec
supervenit Pomeranus Vuitenbergensis ecclesiae
Parochus, cuius manu Doctor eodem die erat
confessus, Ibi incipit ad nos dicere, Orate
quaeso pro me, sicut et initio ad me, et ad-
stantem uxorem dixerat, Nos vicissim roga
bamus ut ipse dominum oraret, ne nos privaret
fideli ministerio sancti sui Evangelii. Mox
subdit, Mein lieber her pfarrer Ich hab euch
heut gebeicht, und er hat mir ein absolution
gesprochen, das ist mir lieb.

Interim nonnihil invalescente Syncopi
subinde repetit egregias fidei voces. Mein
allerliebster got, du bist ia ein got der sunder
und elenden, helff mir. Sub haec. bis aut ter
dixit ad uxorem, Mein allerliebste ~~Kethe~~,
ich bitte dich, so es gottes will ist, das du
dich in gottes willen gebest, du bist mein
ehlich weyb, du wollest ia das gewiss be
halten, und nach gottes wort dich richten,